

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlæ Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Asiae tabula. III.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-441](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-441)

ASIAE TABVLA III.

Continet Colchidem, Iberiam, Albaniam, & Armeniam maiorem.

Ciuitates clariores caelestem obseruationem habentes sunt.

COLCHIDIS.

	Maxima dici hora	Distant. horaria à merid. Alexand.
Dioscuria	15 $\frac{1}{4}$	0 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ versus ortum.
Phasis	15 $\frac{1}{2}$ ferè	0 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ versus ortum.

IBERIAE.

Artanissa	15 $\frac{1}{2}$	1 in ortum.
Armaetica	15 $\frac{1}{2}$ ferè	1 vers. ortum.

ALBANIAE.

Gatara	15 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$ ferè versus ortum.
Albana	15 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ versus ortum.

ARMENIAE MAIORIS.

Artaxata	15 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$ versus ortum.
Armauria	15 $\frac{1}{2}$ ferè	1 $\frac{1}{2}$ in orientem.
Thospia	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$	1 ferè in orientem.
Artemita	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$ ferè in ortum.
Arfamofata	14	0 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ in ortum.

Hanc ultimam solus Nou. habet, forte ab aliquo adiecta fuit.

ANNOTATIONES.

In Colchidem.

SIGANEVM *Vil. & Mol. ponunt in lat. 45 $\frac{1}{2}$. at Cuf. Rom. & Nou. in 45 $\frac{1}{4}$. ego suspicor Cianeum fluiuii & Siganeum opp. eiusdem nominis esse, ac sibi mutuo vicina, Fortè lat. à Ptol. annotata fuit 46 $\frac{1}{2}$. aut si in 45 manendum est, adiecta fuere $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$. equidem sola coniectura vsus in 46. mediocri lat. constitui.*

In Iberiam.

MERIDIONALE Iberiae latus terminum suum orientalem ex plurium positione habet in 76. 4. 4 $\frac{1}{2}$. qui locus cum *Zalissa* concurrat, hoc nomine minimè conueniēs, solus Nou. latitudinè habet 4. 4 $\frac{1}{2}$. quae optimè quadrat, verū lon. omnibus communis in 76 $\frac{1}{2}$ commutanda est, ita ab occiduo huius lateris termino in orientalem ducta linea *Zalissam* Iberiae rectè includit, & hinc in Septentrionem tendēs limes *Bauchiam* ab *Albania*, vt equū est non aufert. Habet enim Ptol. vsitatum, vt limites à signo in signum rectè duci intelligat.

Artanissam suspicor in lat. 45 $\frac{1}{2}$ ponendam, licet exemplaria habeant 46. Si enim vsque adeo propinqua fuisset, *Varica*, videretur potius à *Varica* per *Artanissam* ad *Suram* progressurus fuisse, quàm à *Varica* per *Suram* ad *Artanissam*, præcipuè cum ad *Mestletam* continuò descendendum esset, nullis amplius ortum versus in eo climate ciuitatibus constituendis.

In Albaniam.

ALBA NI fluiuij ostia omnes constituunt in lon. 80 $\frac{1}{2}$. solus Rom. in 81 $\frac{1}{2}$. propius *Albanam* ciuitatem et debitum locum, ego ex coniectura propter formam littoris posui in 81 $\frac{1}{2}$.
Helodes insulas ponunt in lat. 45. conijcio $\frac{1}{2}$ omissum esse, quòd propinquiores littori esse planè, sit verisimile. Fluum qui in *Cyrum* fluit, & item *Albanum* scribit Ptol. ex caucaso ortum habere.

In Armeniam maiorem.

FINIS limitis orientalis ad *Assyriam* in 80 $\frac{1}{2}$ 40. scribitur, sed certum est $\frac{1}{2}$ in lon. abundare, atq; à lat. ad lon. translatum esse apparet, latitudo tamen non 40 $\frac{1}{2}$. sed 39 $\frac{1}{2}$. communibus terminis *Mediae*, *Armeniae*, & *Assyriae* congruit. Terminus in *Euphrate* ad *Taurum* montem non long. 71 $\frac{1}{2}$. sed 71 $\frac{1}{2}$. propter *Siauauam* oppidum requirit.

Toga in lon. quidè 78 $\frac{1}{2}$ esto, sed lat. 43 $\frac{1}{2}$ minor iusto est propter sequentes *Gusmā* & *Arsaratā*: posui ergo in 43 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$.
Cotomana propter præcedentem *Coxalam* lon. non 75 $\frac{1}{2}$. sed 75 $\frac{1}{2}$ postulat.

Buana in 76 $\frac{1}{2}$. 40 ponendum in lon. 76 $\frac{1}{2}$ propter *Cholimnam* sequentem.

Diuertigij *Euphratis* quod per mediam *Armeniam* fluit, fontes quidem iuxta *Abum* montem esse dicit Ptol. commixtio autè cum *Euphrate* quo loco fiat non scribit, nisi quòd non longè à montium fine in 71 $\frac{1}{2}$. 40 $\frac{1}{2}$ constituto id fiat, & *Sophenem* regionè eius diuertigio coniungit ad Septentrionale, vt omninò videtur latus illorum montium, qui ab *Abu* monte in *Euphratem* excurrunt, cui positioni & hoc astipulare videtur, quòd *Tarinam* post *Choluam* & *Sogocoram* in eadem latitudine retrorsum designat, quòd vt contrarium ordinis suo non facturus fuisse videri potest, nisi supra flumen illud sitas primum recensere voluisset.

R



77 d 78 e 80 81 82 f 83 84 g 85 86 87 h 88



47 a
46
45 b
44
43 c
42 d
41
40 e
39
38 f

79 e 80 81 f 82 83 g 84 85 h 86



Thelodes id est par luctres infule duc.

